IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



de oculis fletus excutitur. ideoq; p eam
luctus compunctionis exprimitur: qua ho
mo uel p amore celestium. uel p peccatis
suis ad lacrimas accenditur. Unde beati
qui lugent: quo ipsi consolabuntur. Ala
noe reppulit. uel iste requieuit interpreta
tur: quo nomine esuries & sitis iusticie de
signatur: que iniquitatem repellit. per
quam animus requiescit. Beati g qui esu
riunt & sitiunt iusticiam: quo ipsi satura
buntur. Cnganim fons ortoꝝ dicitur:
p quam misericordia exprimitur: quam
fons ille designat. qui in exordio mundi de
terra ascendens. omnem superficiem terre irri
gat. Fons enim iste est xpc. misericordia dei patris:
qui ortus de utero uirginis. fidelium morti
gram sue largitur irrigationis. De quibus
ortis dicitur in canticis. Fons ortoꝝ pute
us aquarum uiuentium: que fluunt impetu
de lybano. Beati g misericordes: quo ipsi miam
consequentur. Thaffua malum arboris. uel
tympanum apertum dicitur: qua p mysterium
crucis. emundatio cordis exprimitur. qua
tympanum leticie expanditur. Beati
enim mundo corde: quo ipsi deum uide
bunt. Cnaim oculi. siue fontes dicitur:
p quam pax illa exprimitur: p quam oculi cor
dis. uelut fontium uenis. ad uisionem crea
toris emundantur. Beati g pacifici: quam
filii dei uocabuntur. Ierimoth timens
mortem. uel altitudinem mortis inter
pretatur: p quam persecutio designatur: qua
[illegible] propter iusticiam electoꝝ uita in presen
ti periclitatur. Unde beati qui perse
cutionem patiuntur propter iusticiam:
quo ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Adulam
congregatio eoꝝ dicitur: p quam timor expri
mitur: quo septiformis gratie sancti spiritus collectio
agitur. Socho tabernaculum. uel umbracu
lum dicitur: qua spiritus pietatis exprimitur:
in qua tabernaculum uel umbraculum dei con
stituitur: sicut apostolus loquitur. Corporalis
exercitatio admodicum utilis est: pietas autem
ad omnia utilis est. Et iterum. Est autem
questus magnus pietas cum sufficientia. Ale
cha fortitudo. uel decipula dicitur: p quam
spiritus scientie exprimitur: que fortitudo est
uirtutum. & decipula uicioꝝ. Sarim porte
interpretatur: p quam spiritus fortitudinis designa
tur: quo porte regni celestis expugnantur.
Regnum enim celoꝝ uim patitur: & uiolenti
diripiunt illud. Adithaim testimonii me
ta dicitur: p quam spiritus consilii exprimitur:
p quem meta testimonii ponitur: quo homo
ad eternam uitam perducitur. Gedera sepes eius
interpretatur: p quam spiritus intellectus figuratur:
quo homo uelut munitione sepis. ab in
cursu hostili illesus conseruatur. Gitdero
thaim macerie meta dicitur: quia p sapi
entiam uita hominis in presenti disponitur:
& meta eterne retributionis in futuro attin
gitur. Urbes iste quindecim esse describun
tur: qui numerus ex octonario & septena
rio conficitur. Per octonarium enim octo bea
titudines figurantur: p septenarium. septi
formis sancti spiritus gratie designantur: sicut
scriptura loquitur. Da partes septem. nec non
& octo. Urbes g sunt principalium uirtutum
munitiones. Ville earum. sunt sequentium
Sexamina graciarum. SEQVITUR.
SARAN. & adesa. & magdalgath. de
lean. & maspha. & iectel. lachis. laschat.
& aglon. thebbon. & leemas. & cethlis. & gi
deroth. bethdagon. & neema. & maceda.